Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cecus fuiat. Erat autem sabbatum
quando luterum fecit illis et aperuit
oculos eius. Iterum ergo interro
gauerunt eum pharisei quomodo
uidisset. Ille autem dixit eis. Lu
tum posuit super oculos
et lauui et uideo. Dicebant ergo
ex pharisais quidam. Non est hic
homo a deo: qui sabbatum non
custodit. Alii dicebant. Quomodo
potest homo peccator hec signa facere.
Et scisma erat inter eos. Dicunt
ergo cecho iterum. Tu quid dicis
de eo qui aperuit oculos tuos.
Ille autem dixit: quia propheta est.
Non crediderunt ergo iudei de
illo quia cecus fuisset et uidisset.
donec uocauerunt parentes eius.
qui uiderat. et interrogauerunt eos
dicentes. Hic est filius uester: quem
uos dicitis quia cecus natus est.
quomodo ergo nunc uidet. Respon
derunt eis parentes eius et dixerunt.
Scimus quia hic est filius noster et
quia cecus natus est. quomodo
autem nunc uideat nescimus. aut
quis eius aperuit oculos nos
nescimus. Ipsum interrogate. ete
tem hic ipse de se loquatur. Hec
dixerunt parentes eius. quia time
bant iudeos. Iam enim conspira
uerant iudei. ut si quis eum confite
retur xpm extra synagogam fie
ret. Propterea parentes eius dixerunt.
quia etate hic ipsum interrogate.
Vocauerunt ergo iterum hominem
qui cecus fuiat. et dixerunt ei.
Da gloriam deo. Nos scimus quia
hic homo peccator est. Dixit ergo
ille. Si peccator est nescio. unum
scio. quia cecus cum essem nunc
uideo. Dixerunt ergo illi. Quid
fecit tibi. Quomodo aperuit
tibi oculos. Respondit eis. Dixi
uobis iam et audistis: quid
iterum uultis audire. Numquid
et uos uultis discipuli eius
fieri. Maledixerunt ei. et dixerunt.
Tu discipulus illius sis: nos
autem moysi discipuli sumus.
Nos scimus quia moysi locutus
est deus: hunc autem nescimus unde
sit. Respondit ille homo: et dixit
eis. In hoc enim mirabile est: quia
uos nescitis unde sit. et aperuit
oculos meos. Scimus autem quia
peccatores deus non audit. sed si quis
dei cultor est et uoluntatem eius
fecerit hunc exaudit. Ex sto non
est auditum: quia quis aperuit ocu
los cecci nati. Nisi esset hic a
deo non poterat facere quicquam.
Responderunt et dixerunt ei. In peccatis
natus es totus: et tu doces nos.
Et eiecerunt eum foras. Audiuit
ihs quia eiecerunt eum foras: et cum
inuenisset eum. dixit ei. Tu cre
dis in filium dei. Respondit ille et
dixit. Quis est domine ut credam in eum.
Et dixit ihs. Et uidisti eum: et
qui loquitur tecum ipse est. At ille
ait. Credo domine. Et procidens ado
rauit eum. offertorium. Benedicite gen
tes dominum deum nostrum et obaudite uocem